

Antoninianae nomen alae inditum Mo. putat titulum dedicatum esse aliquanto post annum quem enuntiat.

2494 Iuliae Mameae Au|gustae matri sanc|tissimi imp. Caes. | Severi Alexandri | Aug. et castrorum | senatusque, ala | Frontoniana¹ Ale|xandriana ex | quaestura sua², | dedicante | [Ia]sdio Domitia|[no³ l]eg. Aug. pr. pr.

*Alsó-Ilosvae in Dacia rep. (III 798 vidit Mommsen). — 1) Est ala prima Tungrorum Frontoniana, per multum tempus castra Alsó-Ilosvae habens, ut appareat ex multis titulis ibi ab ea relictis (cf. infra 2495. 2522). Sub Domitiano et sub Traiano fuerat in Pannonia, ut appareat ex diplomatis militaribus. — 2) Quae-sturae mentio quo pertineat et quid significet, obscurum. (Mommsen coniecit, quaesturam dictam esse pro quaestu, agi igitur aut de donationibus aut de praeda). Similiter 'ex quaestura' a cohorte quadam positus est titulus item *Dacicus* III 1579. — 3) Nomen legati suppletum ex titulo simili qui iuxta extat, dedicato Severo Alejandro, III 797; cf. VI 1428.*

2495 Marti | ala I Tungr. | Front.¹ per | T. Vettulenum | Nepotem | praef. eq. | v. s. l. m.

Alsó-Ilosvae in Dacia (III 795 descr. Torma). — 1) Cf. N. 2494 not. 4.

2496 Argitalus | Smertulani + f., Namnis¹, equ. | ala Indiana², | stip. X anno. | XXX, h. s. e., | eredes posuerunt.

Wormatiae (Brambach 891 vidit). — 1) Namnetes populus Galliae (ubi hodie Nantes). — 2) Ala Indiana aut ea ipsa est quam a. 21 Iulius Indus Trevir duxit contra Treveros (Tac. ann. 5, 42), aut certe nomen ab eo traxit.

2497 Silius Attonis f. | eq. alae Picent.¹, | an. XLV stip. XXIV, | h. f. c. (*equus a famulo ductus*).

Rep. inter Dienheim et Ludwigshöhe, est Moguntiaci (Brambach 925 vidit). — 1) Ala Picentina (sic C. I. Gr. 5991) sive Picentiana (sic diplomata) memoratur inter auxilia exercitus Germanici a Tacito hist. 4, 62 et in diplomatis annorum 74 (N. 1992) et 82 (N. 1993). Decurio eius est Brambach 1544.

2498 Samorix Liamari¹ f. | Remus, eq. ala Longini|ana², an. XXXI stipen. XII, | h. s. [e.] . . . et singu | fr.

Chalon rep. a. 1859 (Canat inscr. de Chalon-sur-Saone p. 56). — 1) Nomen vix recte exceptum. — 2) Etiam Bonnae nuper prodiit epitaphium equitis eiusdem alae Longiniana; is fuit natione Biturix (Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 11, 1892 p. 66). Praefecti eiusdem alae sunt C. XII 592. 5166.

2499 M. Valerius C. f., | Hispanus domo | Leonica¹, eques de | ala Patrui² hic situs | est.

Larini (IX 755 vidit Mommsen). — 1) Leonica oppidum Edetanorum nomi-natur a Plinio 5, 5, 24 et Ptolemaeo 2, 6, 25. — 2) Cf. N. 2500 not. 2.

2500 Adbogius Coi|nagi f. na. Petru|corius¹, eq. al. Rusonis², an. XXIX sti. X, | hic situs est, | ex testamen|to libertus | fecit.

Prope Moguntiacum rep. (Brambach 1230). — 1) Natione Petrucorius (Petro-corii populus Aquitaniae). — 2) Ala haec Rusonis, ala Patrui (N. 2499), ala Pom-poniani (N. 2501) ex singulis tantum inscriptionibus notae.